



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

Calino, Cesare

Augspurg ; Graez, 1744

VD18 80280064

In Festo S. Michaelis Archangeli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

spondit alibi : *Cibus meus est. ut faciam voluntatem patris*, nimirum ut reducam peccatores ad pœnitentiam ; sicut hodie dixit : *Non veni vocare justos, sed peccatores.* Reprehensione potius digni erant Pharisei , qui clam epulabantur , & in publicum exterminabant facies suas , ut vide rentur hominibus jejunantes. Abominabilis Deo est hypocrisis. *Mense VI. Disc. 160. pag. 132.*

IN FESTO S. MICHAELIS. ARCHANGELI.

1.

Vae mundo à scandalis. Matth. 18.

Non frustra Christus scandalizantibus gravissimè comminatur , quia , cùm scandalum deceptis animabus gravissimam ruinam inferrat , scandalizans obligatur , pro injuria tam gravi proximo suo illata satisfactionem præstare , quæ difficillima est. *Mense IV. Disc. 94. pag. 34. usque ad num. 6.*

2.

Vae mundo à scandalis. Matth. 18.

Damnum , quod scandalizans infert ani mæ

CONCIONATORIUS. 255

mæ proximi , gravissimum est , quia Christus
Judex , qui pro anima mortuus est , sanguinem
suum requiret à scandalizante . Tenetur enim ,
qui scandalum dedit , damnum ex eo ortum re-
farcire : & quam hoc difficile est ? Mense IV.
Disc. 94. pag. 42. à num. 6. ad finem.

3.

*Angeli eorum semper vident faciem Patris
mei , qui in cælis est. Matth. 18.*

Magnum est beneficium à Deo concessum
hominibus , dum proprium cuique Angelum
assignavit custodem : *Angelis suis mandavit de te ,
ut custodiant te in omnibus viis tuis.* Psalm. 90. Et
sanè nobilissimi isti spiritus non modo non de-
dignantur semper nobis esse præsentes , sed
etiam tenerrimè nos diligunt . Veneremur i-
gitur eorum sanctam præsentiam , colamus e-
os obsequiis propter effusam in nos benevo-
lentiam . Mense II. Disc. 57. pag. 439. ad num. 8.

4.

*Angeli eorum semper vident faciem Pa-
tris , Matth. 18.*

Assignati custodiæ nostræ Angeli , tanquam
fidelissimi amici , meritò colendi sunt , quia
non tantum , dum eos veneramur , adsunt no-
bis ,

bis, sed etiam, dum in peccata labimur, non deserunt nos. Par est igitur, ut summam erga ipsos fiduciam concipiamus, eorumque operâ quantocuyus à lapsu resurgere conemur.
Mense II. Disc. 57. pag. 455. à num. 8. ad finem.

I N F E S T O S. R O S A R I I.

I.

Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti. Luc. 11.

Illi, qui aliqua quidem devotione in Deum, Deiparam, ac Sanctos feruntur, in sceleribus tamen vivunt, nec aliud quærunt, nisi ut in peccati statu non moriantur, illam à Christo, & Sanctis olim sententiam audient:
Non omnis, qui dicit mihi: Domine Domine, intrabit in Regnum Cœlorum: Neque omnis, qui Mariæ viscera & ubera beatificat &c. beatitudinem consequetur. Ejusmodi enim homo, quidquid orando facit, parvum facit. Ad seriam ergo emendationem convertenda oratio est.
Mense I. Disc. 31. pag. 521. usque ad num. 5.

2.

Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti. Luc. 11.

Mul.